

**Sanctis Manibus Generosi, Nobilissimi Dn. Henrici ab Osten/ Consilarii
Provincialis in Pomerania ... Haereditarii in Penkun, Batevitz/ etc. Sacrum**


Gryphiswaldiae: Doischerus, 1660


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776199722>

Druck Freier  Zugang



Balthasar, N.,
auf
H. v. d. Osten.
Stralsund, 1660.





SANCTIS MANIBUS
GENEROSI, NOBILISSIMI
DN. HENRICI
ab *Osten/*


Consiliarii Provincialis in Pomerania,
Gravissimi, Spectatissimi,

Hereditarii in Penkun / Bateviz / etc.

SACRUM

ab

Amicis, Profesoribus Academiae
Gryphisw. ejusq; civibus.



GRYPHISWALDIAE,
Literis Matthæi Doischeri, Univers. Typogr. 1660.



Temma perantiquum, quo patria nostra
superbit,
Cladem habet, illius participesq; su-
mus.

Non satis est hostem nobis incumbere, damnum
Crescit, & in Patriam mors geminata ruit,
Deficimus luctu, si dinumerentur avorum,
Res gestæ, annales quæ memoresq; ferunt.
Si generosa animi monumenta & facta revolvis,
Cujus ad exequias Pomeris ægra volat.
Non teneas lacrymas, quin omina tristia ducas,
Des tanti gemitus inferiisq; Viri.
Quamvis omnibus est hic par concordia flendi
Supplicii onerat lasaq; terra DEUM.
Interea nubes Euri deridet ab OSTEN,
Nec curat Schyticas mens super astra minas.

*Extremo honori Mecanatis sui magni
hoc l. m. q. dabat*

Abraham Battus D.
h. t. RECTOR.

Qualis

*Q*ualis, subductâ sensim una aliâq; columnâ,
 Est fortuna domûs; miserandâ nempe ruinam
 Cottidie minitans magno sub pondere nutat,
 At simul extremus, quo moles fulta, tibicen
 Subversus, mora nulla cito disiecta fragore,
 Tectum unâ & tabulata ruunt, compage solutâ,
 It pulvis cælo, nimbi glomerantur arena:
 Talis Pomeridos diu agonizantis imago,
 Dum, qui supremus supremo Principe, divo
 BOGSLAVO, patriæ datus est autore Senator,
 Concessit fatis, cætu lugente bonorum,
 Lugente Ostenidum generoso stemmate toto.
 Ultima quamprimum cecidit laudata columna,
 Cardinibus divulsa suis. Ah! Pomeris agra,
 (Vel mage Pomum Eridos dicam) ruit ocys Euro.
 Et jam busta sua & tristissima rudera deslet.
 Non ego præteritis referam summota diebus
 Culmina labentis Patriæ celeberrima nostræ,
 Quis verò illustris Pudbuschi, quis Bugenhagi,
 Quis Lilienströmii, Rehnchildi, Bohlii, Haleni,
 Smatzhagii, quis Kussovii non funera ploret?
 Hos sequitur meritis nulli & virtute secundus,
 Quin & majorum longa ordine laude coruscans,
 Ostenius, fatis subito præreptus acerbis.
 Vix etenim liquit vitalis luminis auras,
 Cum, velut exundans rapido torrente Visurgis
 Prosternit lætas segetes ac obvia quæque.

Sic toto effusus campo implacabilis hostis
Urbes atq; agros ferro vastavit & igne.
Felix, qui tantas potuit prævertere clades,
Nec diros casus, nec habet spectare labores,
Quæis natale solum cunctis affligitur horis.
Nam quis sincerus civis superesse madenti
Sanguine, & harenti Patria vix osibus, optet?
Hæc voti, Virmagne, tui fermè unica summa;
Vel rigidum sevi Martis cesare flagellum,
Vel tempestatem hanc evadere morte beata.
Damnatus voti superà nunc sede triumphas,
Nullus ubi mæror solidam turbare quietem,
Nec temerare dolor quivit celsi gaudia Olympi.
Hæ nunc ergò vices rerum domus Osteniana,
Gratanti potius quàm tristi pectore dignæ.
Quamvis quis luctum vetet hoc in funere cunctum?
Sit modò in hocce modus, crudo modus esto dolori;
Quo sine nec pietas, nec fas, nec stabit honestas.

Piis manibus Viri Generosi, æternâ memo-
riâ, encomiis, monumentis, si quis
alius, longè dignissimi, L. M. Q.
consecr.

Johannes Michaelis D.
& P. P.

Indue

INdue lugubrem mea POMERIS indue vestem,
& luge Patriæ Patria mœsta patrem.
Summis ingenii donis HENRICUS ab OSTEN
concessit morti! Patria mœsta dolo.
Cujus in amplexu molli tot fata per annos
vitaſti doctis multa pericla modis.
Cujus in ingenuo residebat pectore candor,
candor, qui nullâ fraude politus erat.
Ille tenax ſemper ſacraſti Juris & æqvi,
ſe cunctis humilem præbuit atque bonum.
Quicquid es, huic debes plurimum, Pomerania,
labentem ſemper ſuſtinuere manus. (cujus
Fulero ſummoto lapſus gravis immi net, & uis
te jam nutantem Patria chara juvet?
Vos lugete pii, quem ſæpe præire cohorti
vidimus, hic atrâ jam tumulatur humo.
Vos lugete, quibus rerum dominatur egeſtas,
cujus enim nullum deſeruere manus.
Vos miſeri lugete Virum, qui ſemper Aſylum
præbuit afflictis, morte peremptus obit.
Sic ego cordatum mœſtus nunc lugeo Amicum,
ſic luge Patrem Patria mœſta tuum.

*Supremi officii & condol. contest.
cauſa appoſuit*

Henningus Berdeſen / U. J. D.

Conf. & Syndic. Gryphiſw. ſeptua-
genarius minor anno & 9. menſib.

A 3

Felix,

Felix, qui nostrum potis est hunc spernere mundum,
 Felix, in tacito gaudeat ille sinu.
 Hæc fors est vitæ mala plurima ferre subindè,
 Triste est ac mœstum, vivere, dulce mori.
 Tristia quid referam sævi contagia morbi,
 Qui in patria passim heic arma cruenta ferit.
Acer multorum prosternit corpora mœror,
 Multos prosternit mortis alumna fames.
 Est Erebi & pestis, quæ tristibus implicat orbem,
 Disfidiis variis, diraquæ bella ferit.
Aspice proh Patriæ ut validus nunc incubat hostis,
 Ac armat junctas in fera fata manus.
Heu nostris quantas clades ille impetus arvis
 Intulit, est quarum commeminisse dolor.
 Sentit adhuc obsessa suam Gryphswaldia plagam,
 Insolito Musas terruit illa metu.
 Illatæquæ faces, testis incendia præbent:
 Mars rigido ferro, Mulciber igne furit.
 Credebam everti crudelibus ignibus urbem,
 Restingvenda velut sanguine flamma foret.
CHARE DEI NESTOR * tot præveniens mala, felix
 In tacito cohibes gaudia clausa sinu.
Te DEUS in tanto voluit discrimine rerum,
 Hisquæ secuturis eripuisse malis.
Non tua fors lachrymas, sed nostra requirit amaras,
 Et tua mors nobis, non tibi pœna manet.
 Scilicet ante suum DOMINUS sibi colligit ægmen,
 Rebus & humanis eximit ante pios:
 Quam veniant tantæ tristissima tempora cladis:
 Ultrix exitium dextra feratquæ; DEI.
 Tu nostræ columen Patriæ fulcrumquæ; labantis,
 Depositem coeli, charaquæ; imago DEI.

* Henricus van
 der Dste.
 anagr.
 Chare Dei
 unius Nestor.

Quas

Quas tibi vindicias & quanta trophæa pararem,
Si mihi Romulei Flaminis arma forent,
At tua cum excedant ipsam præconia famam,
Nunquam te nostro fas erit ore cani.
Laus sæpè ingenio scriptoris plurima debet,
Atque affectatus spargitur arte stupor.
Sed tua præconem laus omnem turbat, & inter
Justa tuæ laudis, vatibus horror inest.
Ut fueras quondam priscae virtutis imago,
Sic nobis virtus semper imago tui est.

In obitum

SUMMI VIRI
DN. HINRICI AB OSTEN,

Cujus

*admirandum, rerumq; omnium capax ingenium,
quo Reip. & Musis propè ex æquo profuit,*

Pietatem sine schemate,
Animi magnitudinem ac modestiam sine exemplo,
miram morum vitæq; , ad exemplum omne com-
paratam sanctitatem, germanum animi, omni æsti-
matione majorem, candorem,
Summamq; in rebus, cum publicis, tum privatis
agendis prudentiam,

Jure dicis

Ultimum Naturæ Conatum.

l. m. q. scr.

Petrus Stephani, J. U. D.
& Prof. Ord. ac Consistorii in Po-
merania Assessor Reg.

INSCRI.

INSCRIPTIO. SEPULCHRALIS.

FLE. POMERIS. FLE. CANA. PARENS. HAC. CON-
DITUR. URNA.

CONSILIO. MERITIS. QUI. TIBI. NESTOR. ERAT.
NEQUE. ENIM. ALIUD. RESTAT.

O. PATRIA.

DVM.

HEINRICUS. AB. OSTEN.
FATALI. NECESSITATE. CADIT.

QVAM. VT.

LACHRYMIS. DOLOREM. QUERELIS. DESIDERIUM.

TESTATURA.

QUOD. ORI.

DULCE. ILLUD. NOMEN. NON. MENTE.
MAGIS. QUAM. LINGVA. VOLVENTIS. TO-
TIESQ. REPETENTIS.

INTER.

FRACTA. ET. TERTIATA. VERBA. INTER.
SINGULTUS. INTER. DIVULSAS. CONFUSAS.
INTERRUPTASQ. VOCUM. LITTERAS,
ET. ERRORES.

INNASCITUR. LUGUBRE. CARMEN.

HEU! HINC. ABIS. NESTOR!
GEMIBUNDA. INCLAMES.
BREVE. SED. MAGNUM. VIRTUTUM. ELOGIUM!
MOERORIS. ARGUMENTUM!

IN. QVO.

NON. NOSTRA. SOLUM. ÆTAS.
SED. ET. SI. QVA. FUTURA. EST.

NOBILISSIMI. SANGVINIS. GENTISQ. UNI-
VERSO. EX. ORDINE. EQUESTRI. SPLENDIDISS.
GENEROSAM. ANTIQUITATEM.

IN.

IN.
GRAVISSIMIS. DE. REP. CONSULTATIONI.
BUS. AC. SENATORIIS. POMERANIÆ.
COMITIIS.
PRUDENTIAM. PARITER. ET. FIDEM.
HOC. EST. VERUM. POMERANIÆ. NESTOREM.
NISI. QVOD.
QVANTUM. ISTE. VETERI. GRÆCIÆ. CELEBRATUS.
ANNORUM. SERIE. ET. SENECTA. VALIDUS.
HIC. VERA. IN. DEUM. PIETATE. AC CULTU.
IN. ECCLESIAM. FIDEL. NUTRICEM. AC ACADE-
MIAM. PIETATIS. SEMINARIUM.
AFFECTU. STUDIISQ.
EXCELLVIT.
ET. VITAM. ULTRA. NATURÆ. TERMINOS.
EXTENDIT.
VENERABITUR. ET. POSTERIS. IN. EXEM-
PLUM. TRANSCRIBET.
ULTIMO. HONORI.
PUBLICI. PRIVATIQ. MECENATIS.

L. M. Q. SCRIPSI.

JOANNES POMERESCHIUS, J. U. D.
ET. PROF. ORD.

Grab-Schrift.

Ach* weine Pomeris / du greise Mutter weine!
O Leid! weil Er ist hin / so / nicht an Jahren zwar
An klugem Rath und Trew / dein wehrer Nestor wahr!
Nie dieser enge Sarg umschliesset die Gebeine.

* Heinrich von der Osten.
u mit a versetzt.

Ach! O hin / Er dein Nestor!

B

Omen

OMen erat pridem Judæa in gente videre
 Tot clara Divûm funera.
 Et nunc est omen Pomerana in gente videre
 Tot clara Divûm funera.
 Omen adest; *Mortis* faux crebris dira sepulchris
 Præclara densat funera.
 Omen adest; atrox diri truculentia *Martis*
 Villas & agros destruit.
 Proh! quot cum lachrymis vidit Pomeranica tellus
 Præclara condi funera,
 Proh! quot cum lachrymis jam vidit Gryphica
 Pallas
 Intra bimestrem terminum.
 Octo præstantes artis virtutis alumnos
 Condi sub atro pulvere.
 OSTENUS secli lumen Suadæq; medulla
 Cadens adauget omina.
 Omen adest; Avertat clemens omina Numen
 Nec nos in ira delet.

*Condol. test. erga Nobiliss. quondam
 Academia nostra Patronum
 p. v. d.*


Anton-Gunter Fritzius, J. U. D.
 & Prof. Regius

Funera

FUnera funeribus densat nunc undiqve mirò
Trux Libitina modo, nec sinit esse Viros;
Nobilitas quos tam reliquis, quàm scripta Sophorū,
Exemplo sistunt fatidicag, Themis,
Aut quos cana fides Patrie dedit asse probatos,
Aut qui sunt Patrii firma columna fori.
Sic quoqve funestum magno de stemmate natum,
Fatum prob! clarum surripit OSTENIUM.
Quem casum meritò plorat pars maxima Gryphi,
Cui constat genium, & mens generosa Viri.
At quamvis lugere decens hoc nuper ademptum,
Heu! Patrie columen, prævalidumq, decus;
Sit tamen in rebus modus id mandante JEHOVA,
Reddere qui potis est & mala mixta bonis.

Lugebundus ex debitâ pietatis
lege adjecit.

Conrad Friedlieb / U. J. D.
& Profefs. Publ.



Afflictæ (hei) Patriæ cladem prohibere solebas
Consilio, curâ, magne Vir, atque fide:
At nunc, cum Patriæ tot tantaq; vulnera cernis
Desperans curam tendis ad astra poli.
Ore felicem, cui deridere licebit.
Turbas, quas toto concitat orbe Satan! !

Cond. e. f.

M. Fridericus Dedekindus,
Log. & Eth. Prof.


B 2

Inducunt

Inducunt patria nobisq̄ crepuscula noctem,
Atratam: liquido quæ se tulit æthere stella.
Nobilis, haut unquam Pomerano emerget in ortu.
Horrendas facies mors est induta nocendi,
Ac ex ominibus gliscit violentia fati.
Non fiant humiles umbrae mihi sarcina versus,
Nam passim rapitur densum sine nomine vulgus,
Advigilans patriæ fati, vergentia longè
In statione suâ prospectans fataq̄ doctus
Flectere consiliis, quæ sunt nocitura nepoti,
Jungitur æternis generoso nomine fastis.
Quamvis gentis honor perdurans altaq̄ stirpis
Gloria tot quondam vivis satiata trophæis
Passa forent securè aliorum incumbere fama:
Attamen in celsas dum se tulit arduus auras,
Ordiri potuit laquear vel imagine sacra
Atria magnanimos commonstratura nepotes,
Nil prome ulterius mea penna vicaria fama,
Nec potis es, quùm sit mihi dextera frigida morbo.
Donec ab Aurora thalamo vegetabitur Eurus,
Ore frequentabit Pomerania nomen ab Osten.

Scr.

Marcus Bernardinus,
Hum. Lit. Prof. Ord.



Consistent ædes? num tigna trabesq̄; quiescent,
ardua si fuerint diruta fulcra domus?


Omnia ad interitum penitus, me iudice, vergent,
Tecta q̄; dejiciet quæ libet aura levis,

Or.

Orbata egregiis Ecclesia sacra columnis,
frigore dum boreo ter solidantur aquæ:
At grave nunc columen misit Respublica morte,
compagi dulcis quid Patriæ eveniet?
Proh! cumulata brevi miscbunt infera summis,
in nos conspirant quæ mala Pomerides?
Sancte DEUS miseræ patriæ succurre ruinæ,
illius curam quæ tibi servit habe.

F.

M. Joachimus Rosenow/
Math. Prof. Ord.



ET sic nosser Atlas patria se subtrahit, Eheu!
Et nostri cessat pondera ferre poli.
Stemmata præclaro natus, quod pulsat Olympum,
Extendit factis nomen ad astra suum.
Hunc exornabat miranda scientia Juris,
Eusebie, virtus ardua, prisca fides.
Hoc nemo melior lapsantibus addere rebus
Consilium coctum noverat atque manus.
Vivere Nestoreos annos dignissimus, atque
Immitti hunc tollit Parca nefanda manu.
Quare tam querulas fundit Pomerania voces.
Quin & ego lachrymis hunc cecidisse queror.
Quid lachryma? JOVE sic fert quam sancta voluntas,
Penset ut athereis ista caduca bonis.
Cœlica nunc spectat felix habitator Olympi,
Nos miseros mundi plurima damna premunt.
Ergo cœsitibus nunc annumerate beatis
Salve quàm multum perpetuam vale.

Condolens apposuit


M. Joachimus Rhaw, Archid.
ad Templ. D. Nicol,

Æ Dibus ingentem portendit sæpe ruinam,
 Cùm sensim lapides turbine sede cadunt.
 Sed cum curvatâ vi fulcra retracta labascunt,
 Corruit extemplo murmure tota domus.
 Est domus & splendens multum Pomeranica tellus,
 Sunt lapides juvenes, fulcraq; honore senes,
 Natura hos legis conjunxit calce tenaci,
 Ne qua tempestas vincla soluta daret.
 Ast ah! jam densè lapides volvuntur ab arce,
 Imò nunc fulcrum marmoreum cecidit.
 Marmoreum cecidit fulcrum heu! *Henricus ab Osten,*
 Aurea trabs, geminâ nobilitate nitens.
 Quantam vi quantâ molem gestaveris hujus
 Marte domûs pressæ, nec tacet ipsa domus.
 En! quantis lachrymis tua tristia funera plorat,
 Verbaq; singultu trudit hiulca simul.
 Ergo tuæ rapitur sortisq; visisq; beatæ
 Invidiâ? Minimè. Ne ruat ipsa, time. *t.*
 Tu DEUS, hoc prohibe! Subdixi morte columnam
 Huic domui nostræ. Ne ruat ipse vide!

Condolenti calamo scr.

Johannes Fridericus Abellius,

Hagâ Frisus, SS. Tb. Stud.



Ipsè Mors patriæ mortem minitata videtur,
 Tempore dum pauco tot rapit inde Viros;
 Atq; quidem tales, quos mœnia, fulcra, columnas
 Nutantis patriæ ritè fuisse putes.
FABRICIUM necuit, qui dogmata sacra Sediti
 Pandebat sacro voce sonante choro.

Dein

Dein BERINGIADÆ disruptit stamina vite;
 Qui vidus Trojæ murus & arma sacra.
 Post paulò fudit RAVIUM, qui FAMA cluebat
 Templi, quò Panus Sundiaca arva petit,
 Sic & MICRÆLI corpus, quem fama loquetur
 Extremis Indis Adachidisq; feris.
 Magnificum OSTENIUM tandem quoq; dira peremit
 OSTEN, cui cordi patria sola fuit;
 Quem dulces Judentum Musæ Charitesq; sacrate
 Formarunt studiis nocte dieq; suis,
 Quemq; Virum fecit cælo contermina Virtus
 Os Procerum patriæ, precipuumq; Ducem.
 Quid referam Jvenes rare virtutis alumnos,
 Quos fore spes fuerat fulcra subinde nova?
 At tu Sancte DEUS patriæ succurre labanti,
 Numinibus firma Luminibusq; novis:
 Parce nec omnino dele tua Jura colentes,
 Da pacem Europæ, da Pater & Patriæ.

In communi patriæ luctu moerens
 adponebat.

ALBERTUS ELZOVIVS,
 Volg. Pom.

Du bleiche Pomerille /
 Ist denn des Himels Wille
 gang über dich verhasst /
 Daß du so ohn erbarmen
 mit Jornes vollen Armen
 wirst von ihm angefaßt?

Bellonen Ungewittern
 hat ja mit Furcht und Zittern
 erfüllter Stad und Land /
 die Äcker stehn verheeret /
 die Häuser sind gelehret
 durch Rauben, Mord un brand.
 Mar

Man höret hin und wieder
die Thränen-volle Lieder
den armen Affers-Mann
von seinem Jammer singen/
der vormahls pflag zu springen
nach seinem Dulcian.

Man muß jetzt leider! sehen
nach Brode denselben gehen/
der vormahls hier und da
den Tisch mit Speisen füllen
und seinen Hunger stillen
pflag/ und nicht dürfftig war.

Wer hat nicht müssen schmecken
mit zittern / Angst und schrecken
dies Angst- und Jammer-Weer?
Wer kan die grosse Plagen
So noch nach diesen Tagen
uns treffen / zählen her?

Wer kenne nicht die Zeichen /
die Gott ließ selber reichen?
man sehe nur zurück
auff drey/auß dreyen Städten/
so schleunig müßten treten
ins schwarze Todes-strick.

Wenn so die Landes Stützen/
so unsre Wolfahrt schützen /
zu wacklen heben an/

So pflegt nicht sonder prallen
das ander nach zu fallen /
was selbst nicht stehen kan.


Seht wieder einen Stützen /
der uns mit Noth pflag nützen /
nicht sonder Unglücks-schein
jetzt liegen auff der Bahre
und mit der Klugheit-Wahre
schon eingescharrt seyn.

Ach! Aufbund kluger Männer/
Du rechter Musen Gönner
wir hätten wol gemeint/
daß Du mit Klugheit-Thaten
uns soltest länger rahen /
und nicht schon seyn beweint.

Du gehst zum Sternen Ercker /
wir sitzen hier im Kercker
in dieser Unglücks-Kluft/
wer weiß was uns der Morgen
noch bringe für Angst und Sorgen/
eh' uns der Himmel rufft.

Doch wollen wir nicht hassen
den Himmel / sondern fassen
weit bessern Hoffnungs-schein/
Gott wird ja nach den Schlägen
die Ruhren niederlegen/
und unser Vater seyn.

PETRUS MASCIVIVS.



POMERIS. EXEQVIAS. TIBI. DEFINIVERAT. ÆTHER.
HAS. PRÆVERTISLI. NOBILITATIS. APEX.

Condol. scr.

Fridericus Gerdesen.

Firma

Firma columna cadit patriæ, Pomerania luge,
Gryphiades Muse, firma columna cadit!

Condolentiæ ergo
scrib.

Johannes Volschovius.

POMERIS. ET. TU. NON. CADERES. NU-
TARE. VIDERIS.
QUI. SESE. ATLANTEM, PRÆSTITIT. IL-
LE. CADIT.

Lugens hac appos.

Georgius Gerdesen.

Flebilibus cogor plectrum jam tendere metris,
Mærore & vultum contenebrare meum.

Intalem sanè strinxit mors improba falcem,

Qualem pro meritis terra dolere nequit.

Nobilis en cecidit verè Vir magnus ab Osten,

Cui fuit in vultu gratia, in ore Venus.

Os circum cujus consererat ludere semper

Omnimodus suavi cum gravitate lepos.

Esse videbatur qui tantum solus in orbe

Hoc nostro antiquis moribus atque fide.

Consiliis patriam dextris hoc sapè levabat

Tempore, quo Mavors bella nefanda ciet.

Quam proin indutam multo squalore videmus

Jungere se sociam corporis exuviis,

C

Unâ

Unà succumbit quocum pars optima nostræ
Seclī, ac omnino spes melioris obit.
Non solamen erat? non delenimen iniqui
Temporis instantis? vab fuit! imò fuit.
In commune bonum totas impendere vires
Qui non neglexit; Prob! tumultandus humo.
Corpus ut est ab humo, sub humo sit maxime oportet,
Mens verò cœli sede potitur ovans.
Hinc quid opus magnos animi protrudere questus;
Est curâ vacuus, quâ cruciamur humi.
Quâ cruciamur humi, nostrosq̄ elidimus annos
Est vacuus, cœli vescitur ambrosiâ.

Hocce Mæcenatem suum magnum ad tu-
mulum comitari voluit ut debuit.

Bartholemæus Battus,
SS. Theol. & Phil. Stud.



Quam metuo secum extremam tractura ruina
Quæ tanto numero fortia fulcra ruunt.
Dî meliora inquis, satis est perpeffa malorum,
Vix animam miseram Pomeris ægra trahens.
Non satis illius vitalia viscera rosit
Mars nostros misere depopulatus agros.
Sat fateor cladis: DEUS omnia tristia vertat,
Subvereor venient heu graviora magis.
Qui lapsis possent quondam succurrere rebus
Dexteritate viri consiliisq̄ graves,

His

His atrox Lachesis numerosè flamina rumpit,
Quod quæso tali tristius omen erit?
Prætereo reliquos tacitus, quos ordine longo
Præstantes rapuit trux Libitina Viros,
Præsentes memoro luctus, heu! funus acerbum.
Effertur *Pietas, Candor & Integritas,*
Eusebii Fautor, Mæneas Castalidum ingens,
Inclita Pomerici lausq; decusq; soli.
Heu! nobis equidem cecidit; sed tutus ab omni
Ipse malo æternum vivit in arce poli.
Gaude sorte tuâ, feliciter ossa quiescant,
Salve, ac æternum *Vir Generose* vale.
Tu DEUS interea nostras clementior oras
Aspicias, spectes nos mala quanta premant.
Spicula fac cessent martis mortisq; nefanda,
Da redeant pacis tempora læta PATER.

Sic Patria Martis Mortisq; truci inle-
mentia graviter afflicta sortem miser-
rimam in funere Nobiliss. Dni. ab Ossen-
Consiliarii quondam Provincialis, ut
Gravissimi ita meritisissimi lugebat

Bartholomæus Döling/
SS. Th. & Phil. Stud.

~~~~~  
S Du wirst du auch hinweg gerafft /  
S Du Stern und Kern der Ritterschafft /  
Du Aufzug Himmelbedler Gaben ?

Uch!



Ach! schade / daß die Doppel-Tracht/  
Des Adels und der Tugend Pracht/  
Nun eben müssen seyn vergraben.

Gleich wie ein heller Deamant  
Aus einer Gold-beringten Hand  
Noch eins so prächtig weiß zu wincken:  
So kunte deiner Tugend Licht  
Aus deinem edlen Angesicht  
In einer Doppel-schöne blinken.

Es fehlt nicht viel / ô Landes-Zier/  
So sinckt die Pomeris mit dir.  
Du warst ein Atlas ihrem Lande/  
Der mit begeistem Raht und That  
Des Himmels Last gestüzet hat /  
Ach! Ach! jetzt liegest du im Sande.

Du thust die edlen Augen zu /  
Vnd gehst zur Himmel-schönen Ruh/  
Zu leben ewig in der Stille;  
Indessen thränt das Land dir nach/  
Vnd schreibet sich mit tausend Ach  
Die halb-entseelte Pomerille.

Urbanus Lehmann/  
Kolberger.



18. Lesus









His atrox Lachesis numerosè stan  
 Quod quæso tali tristius omer  
 Prætereo reliquos tacitus, quos o  
 Præstantes rapuit trux Libitin  
 Præsentem memoro luctus, heu! f  
 Effertur *Pietas, Candor & Int*  
*Eusebii Fautor, Macenas Castalia*  
*Inclita Pomerici lausq; decusq;*  
 Heu! nobis equidem cecidit; sed  
 Ipse malo æternum vivit in ar  
 Gaude sorte tuâ, feliciter ossa quie  
 Salve, ac æternum *Vir Genero*  
 Tu DEUS interea nostras clementi  
 Aspicias, spectes nos mala qua  
 Spicula fac cessent martis mortisq;  
 Da redeant pacis tempora lata

*Sic Patria Martia*  
*mentia gravite*  
*rimam in funer*  
*Consiliariis quo*  
*Gravissimi ita n*

Bartholom  
 SS. Th.

S D wirst du auch hinweg gerafft  
 Du Stern und Kern der Ritte  
 Du Aufzug Himmelsbedler Gaben

